Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Unigenitus etiam narrat & monstrat inuisibiliter oculis cordis
di substantiam & incorruptibiliter possumus deo quoque spe esse adherere.
si possumus eum inuisibiliter uidere. .xviii.
Vos in eo de. Forte dicis apud temet ipsum. Quod si & mundo cor
de uidebitur ds & in loco tamen uidebitur. & corporalibus etiam oculis
uidebunt dm quoque mundo s corde. quando angelus erimus eque les &
incorruptibiles. Cum interiores oculi iudices sint exteriorum oculo
rum. isti autem illis quodam officio nuntiandi & ministerio famu
lentur. multaque illi uidebant. quae isti non uidentur. nichil isti uideant
quae illi non uideant. quas non illos istis incomparabili estimatione prepo
nat. Que cum ita sint. obsecro te cum agitur inter ipsa. hoc tam grande
negotium. cum ab exterioribus interiora distinguis. atque illa istis ineff
abiliter anteponis. cumque istis foris relictis. in illis intrinsecus demo
raris. & ea sius quibus dam incorporalibus finibus metiendo diiudicas.
in nulla te putas. an in aliqua luce uersari. Ego enim existimo.
quod tanta & talia. tam uera. tam clara. uideri sine luce non possent.
Ipsam quoque lucem in qua cuncta illa prospicis intuere. & uide utrum ad
eam possit accedere ullus corporeus radius oculus. profecto non potest. at
tende etiam utrum in ea uideas ulla locorum spacia ut intuaeaa. Re
sponde. Nichil ibi ut arbitror tale inuenis. si uigilanter abigis
ab intimo aspectu. quicquid imaginum corporalium exterioris hominis
sensus inuexerit. Sed forte difficile est. irruit enim de consuetudine car
nalis urbe in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmatum. in si
militudinibus corporum. Cum resistere conatur exclamauit dolens
in illa breui epistola & dixit. audiat caro. caro carnalibus cogitati
onibus ebria. spe est ds. Porro si ea quae in animo sunt corporalibus spaci
is locisque simillima. non tamen locorum spaciis ac finibus continentur. nec
intuaeaa localibus in nostra memoria reponuntur. quanto magis illa
quae nulla similitudine corporum gerunt. ut caritas. pax. gaudium.